

D
BIBLIOGRAPHIA HUNTIANA / Form B — Botanical articles

Author(s)

^PCelsius, Olof

Title

Allon

~~[vide uerum]~~

Abbreviated reference

~~Acta Lit. Sci. Sveciae 41: 75-86. ^(L17) 1742 [1735]~~

Acta Lit. Sci. Sveciae 4([1]): 75-86. 1742 [1735]

MLP 37A


Notes

ribus exposita est, quantum actio venti in vela motum navis promovet, resistentia aquæ impedire nititur, dum interea pondus havis illam aquæ immersam tener secundum verticalem BD , aqua vero, cujus locum occupat, contrario conatu illam elevare satagit. Ut itaque navis velocitate gaudeat uniformi, vires has in æquilibrio debere esse constitutas patet. Ad hoc autem requiritur ut sint in eodem plano, atque ut latera figuræ quadrilateræ a directionibus virium formata, sint inter se ut ipsæ vires; id quod sequenti Lemmate probatur.

LEMMA. Si quatuor vires sibi mutuo contrahantur in directionibus BP , CQ , CR & BS , quarum duæ CR & BS sint parallelæ, erunt omnium directiones in eodem plano, & latera figuræ quadrilateræ $ABCD$ a lineis directionum formata, BA , DC , AC , BD erunt inter se, ut vires P , Q , R , S , respective.

Concipiamus enim has vires agere mediantibus funiculis PBS , QCR , funiculo intermedio BC connexis. Et quoniam ob parallelismum virium SB & CR funiculus $SBCR$ est in uno eodemque plano, BP vero est in plano SBC , & CQ in plano BCR . Ergo omnes quatuor directiones sunt in uno eodemque plano; quod erat primum.

Producantur directiones, ut in figura, do-



nec

nec sibi occurrant, in A & D . Per principia Mechanica, tensio funiculi BC est ad vires P & S , ut BC ad BA & AC . Eadem tensio funiculi BC est ad vires Q & R , ut BC ad CD & DB . Unde BA , AC , CD , DB sunt inter se, ut vires P , S , Q , R , respective; quod erat alterum.

COROLLARIUM.

Si a quovis angulo C figuræ quadrilateræ $ABCD$ ducatur recta CI directioni oblique oppositæ BA parallelæ, & occurrens oppositæ verticali in I , erunt trianguli IDC latera ID , IC & DC inter se, ut excessus quo pondus navis superat pondus aquæ exclusæ, vis venti, & resistentia aquæ, respective. Vel si directiones oblique productæ, donec occurrant in K , secentur recta quacunque verticali ut AC , latera trianguli ACK erunt ut hæ vires. Et hisce continetur Theorema fundamentale Bouguenii in tractatu de la manœuvre des Vaisseaux.

X.

Allon. אלון

Gen. XXXV. 8. Jos. XIX. 33. Esai. II. 13. VI. 13. XLIII. 14. Ezech. XXVII. 6. Hof. III. 13. Amos. II. 9. Zach. XI. 2. Quercus.

AUCT.

OLAVO CELSIO.

Non assentior interpretibus & Lexicographis, dum $\alpha\lambda\omicron\upsilon\eta$ Allon, $\alpha\lambda\omicron\upsilon$ Elon, & $\alpha\lambda\omicron\upsilon$ Elab eandem faciunt arborem. Sunt in hoc numero non pauci ex veteribus, &, horum exemplo, recentiorum plerique,

K 2